

## Universitätsbibliothek Paderborn

Ientacv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

**Cajetan, Thomas**

**Colonie, 1526**

**VD16 V 1243**

Ientaculi vndecimi questio secu[n]da

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34421**

Ientaculi vndeclimi questio secunda cvijs  
nifestus redditur quod diximus, scilicet quod ser-  
mo domini non erat ad diuertendum, sed ad manu-  
ducendum eos ad veritatē quā dixerat, si enim fuisset  
diuersus sermo, nō perstitissent ut apprehēderēt  
eū, et lapidarēt extra templum: vt pote persistentem  
in blasphemia. Et per hec patet solutio ad quesita  
omnia. Hec de primo.

**C**arta Secundū ad Phil. ii. Scilicet qui  
quā in forma dei esset, nō rapinam  
arbitratus est esse se equalem deo, sed exinan-  
uit semetipsum formā servi accipiēs) difficultas ex  
multis capitibus occurrit.

Et primo quia impertinentia multa videtur hic  
apposita, quā em apostolus intenderet dicere. Lbi  
stū quā esset deus semetipsum humiliasse ad incar-  
nationem et. impertinens primū videtur q̄ equalis-  
tate ad deū immisceat: sufficiebat em dicere, q̄ quā  
in forma dei esset, exinanivit semetipsum et. Rur-  
sus. Si equalitas ad deū inserenda erat, quorsum  
inseritur iudicium seu arbitriū de equalitate: satis  
enim fuisset dicere, qui quā in forma dei esset, et  
qualis esset deo, exinanivit semetipsum. Iterū. Si  
equalitatis arbitriū interponendū erat, quorsum de  
non rapina sermo hic est: ubi ad humilitatis virtu-  
tem hortabatur apostolus Christi exemplo, nō ad  
fugā vitiorū. Nec caret deniq̄ scrupulo, quorsum  
apostolū incarnationē appellauit euacuationē ipi-  
filij, dicēdo exinanivit semetipsum: quā nulla inter-  
nenerit euacuatio in hoc mysterio.

Secundo magna est difficultas circa cōtextum  
buius sermonis, non enim appetit ad quid respi-  
cit illa aduersaria coniunctio sed, quā dicitur sed

¶ iiiij

## Ientaculi vndeclimi questio secunda

exinanuit semetipsum, videtur enim q̄ debuisset di-  
cere, et tamē semetipsum exinanuit: quoniam ex hoc  
dicto, qui quum in forma dei esset non rapinam ar-  
bitratus est esse se equalem deo (quo dicto significa-  
tur quod Christus cognovit nō rapina sed natura  
esse se equalem deo) consequēter subiungendū erat  
et tamē exinanuit semetipsum, et nō subiungendū  
erat sed exinanuit semetipsum: quoniam nihil p̄mis-  
sum est cui aduersetur li sed.

**Ad evidētiām** Huius sententie p̄spī  
cere oportet prius in-  
tentionē et sensum, deinde ad verba descendere apo-  
stoli. Intētio eius (vt ex cōtextu apparet) est exem-  
plum humilitatis qua superiores nobis inuicē nos  
arbitremur, ex Christi actione afferre: p̄misera et em̄  
in humilitate superiores sibi inuicē arbitrātes, et sub-  
iunctit exēplū de Christo cū causalī p̄iunctiō dices  
hoc em̄ sentite in vobis quod et in Eb̄isto Iesu.  
Exemplū autē Christi p̄sistit in duobus. primo in  
mysterio incarnationis, de quo nunc est sermo, dein-  
de in mysterio passiōis, de quo post subiungitur hu-  
miliavit semetipsum. Ex mysterio autē incarnationis  
intendit apostolus humilitatis exemplū affer-  
re, assignando rationē quare Christus recognouit  
deum ut superiorem, et hoc directe seruit proposito  
suo, quo instruebat philipenses, ut in humilitate  
superiores sibi inuicem arbitrarentur, nam si Christus  
quum sit deus arbitratus est deum superio-  
rem sibi, tanto magis homo debet hominem su-  
periorem sibi arbitrari. Et quoniam ch̄ro dñō huius  
modi subiectio nō auenit ex natura (q̄m ex natura  
eq̄lis ē deo) sed ex libero arbitrio q̄ voluit carnari.

Ientaculi vndecimi questio secunda, **cix**

ideo apostolus mira subtilitate radices ex pte rei et  
intellectus, humiliatis ois, et humiliatis istius singula-  
rissime incarnationis ih hac sententia tangit. **CQD**  
vt clariss intelligat, recolendū est q̄ humilitas ex  
parte rei cōsurgit ex aliqua minoritate, ex pte at in-  
tellectus cōsurgit ex cognitione et iudicio illius mi-  
noritatis: ex hoc em arbitror alii mibi superiorem,  
qa in aliquo minor sum illo, et recognosco me in ali-  
quo minorē illo: si em essem minor, et non recogno-  
scerē me minorē, nō ppter ea essem humiliis. Et per  
oppositū si aliquā minoritatē habeo respectu alte-  
ri, et equalem me illi facio seu iudico, rapinā pmit-  
to: rapio em equalitatem quā non habeo, quū sim  
minor. Et hinc amplius sequntur, q̄ si nos superiores  
nobis inuicē, non arbitraremur, rapinā pmittere-  
mus: quia quilibet minor quū sit altero, equalē sal-  
tem se faceret illi, ac per hoc raperet equalitatem.  
**C**Quibus prelibatis sensus apostolicus est: q̄ chris-  
tus quū deus esset, non ex iudicio rapine equalita-  
tis divine sed ex propria voluntate recognouit deū  
superiorem, formā serui accipiens. Et per id qđ di-  
xit nō ex iudicio rapine, excludit primo omnis mi-  
noritas a filio dei: si em minor in aliq̄ esset deo, iudi-  
cium q̄ esset equalis deo, esset iudiciū per rapinam  
ac per hoc q̄ non ex iudicio rapine equalitatis di-  
vine incarnatus est, declarat q̄ non ex iudicio alicui  
ins minoritatis in seipso, ac per hoc q̄ non ratione  
alicui minoritatis subiectus est deo. Fuisset siqdē  
ex iudicio rapine divine equalitatis subiectus, si ex  
iudicio alicuius minoritatis in seipso subdit⁹ esset:  
arbitrans et merito rapinā esse se equalē deo, q̄ mi-  
norē se cognosceret. Sed non ex rapine iudicio s̄ ex

**D** **v**

Ientaculi vndeclimi questio secunda.

mera sua voluntate subiecit se deo, formā serui accipiens. Excludit secundo omnis cautela rapine equalitatis divine, siue quantū ad rem, siue quantum ad affectū, siue quantū ad estimationē aliorū: fuisse siquidem ex iudicio rapine huius incarnatus, si cauens ne in affectū celsitudinis diuine veniret, aut cauens ne estimaretur ab alijs deus, formam serui accepisset. Sed omnis huius cautela excluditur ex hoc quod non rapina arbitratus est esse se deo equalē in omnibus et per oīa, hoc est, ex hoc quod non ex iudicio rapine diuine equalitatis quolibet, sed spontanea voluntate formam serui accepit. Et potest hec sententia causam denotans subiectionis Christi ad deum, suā voluntatē, et non iudicium de minoritate aliqua in se cognita, adhuc duplīcē sensum habere. Primum est intelligendo per equalitatē ad deum, equalitatē intrinsecam. Et tunc est sensus, quod Christus quoniam in forma dei esset, non ex iudicio rapine diuine equalitatis (hoc est non ex iudicio quo cognosceret se rapere diuinā equalitatē, quia non ex iudicio quod se recognosceret in aliquo minorē p̄f: ut quā minor p̄f, honorare voluerit patrē accipiendo formā serui) sed propria voluntate semetipm exinanuit, formam serui accipiens. Aliter sensus est, intelligendo per equalitatē ad deum, equalitatē purā, hoc est, equalitatē non adiunctam seruituti. Et tunc est sensus, quod Christus quoniam in forma dei esset, non ex iudicio rapine equalitatis pure (hoc est non quod indicauerit rapinā, permanere se in pura equalitate ad deum) sed propria voluntate adiunxit seruitutē equalitati, dum exinanuit semetipm formā serui accipiens. Et iuxta hunc sensum intenta

Ientaculi vndeçimi questio secunda. cx

dit dicere apoi. q si Lb̄us quū in forma dei esier, voluiset permanere patri equalis pure (hoc est e qualis sine adiuncta minoritate quā p incarnatio nem sibi adiunxit) non cōmisisset rapinā; qm in for ma dei erat, hoc est, qd deus verus erat. Et pterea non rōne alicuius debiti aut defectus aut minorita tis, rc. sed sola voluntate semetipm exinanuit for man serui accipiens, hoc est, fecit se minorē, quum esset equalis, nō minuendo equalitatē, sed adiunge do equalitati minoritatem.

**C**Et hic sensus vltimus qui includit prīmū et ad dit, magis videtur amplectendus ad literam: quia saluat ad literam tum proprietatem vocabulorum tum claritatem et facilitatem sententie et exempli ad humilitatem. Iuxta hunc siquidem sensum filius dei vere et proprie exinanuit semetipsum, hoc est, euacuauit personam suam, non aliquo intra suam personam contento, sed puritate equalitatis ad pa trem; nam vbi prius erat patri equalis, et nullo mo do minor, modo est equalis et minor. Et signanter dixit semetipsum: qd ita sua personam filius exina nit, hoc est, euacuauit puritate equalitatis, qd non persona patris aut spiritus sancti euacuanit tali pu ritate: spiritus enim sanctus equalis patri ita est qd nullo mō minor: et similiter pater ita est equalis fi lio et spiritui sancto qd nullo modo minor. Sol' at filius est qd est et equalis et minor: qd semetipsum ex inaninit, hoc est, euacuauit puritate equalitatis di nine, formā serui accipiens, hoc est, adiungēs equa litati seruitutē. Silt iuxta hunc sensu sūa et facilis et clara ē: vt decet epistolarē tertū, et p̄cipue in exem plis. Inuenit siqdē accommodatū valde bñ sic in

Ientaculi vndeclimi questio secunda.

tellectū exēplum Iesu Ēbruti ad humilitatē: ex h  
q̄ quū esset deus, et nosset q̄ non esset superbie rapi  
na pīanere in diuina equalitate pura, voluit pīria  
voluntate suam pīsonam euacuare puritate equali  
tatis, adiungendo sibi seruitutem qua pīem supio  
rem haberet. Si ipse sic fecit, quanto magis nos (q̄s  
oportet arbitrari rapinā, esse nos equales alios: q̄a  
minores in aliquo sumus) debemus superiores no  
bis inicem arbitrari? Rursus, satisfacere q̄ inue  
nitur hoc exemplū precedentib. immediate verbis:  
. s. non que sua sunt singuli considerantes, sed ea que  
alioꝝ: qm̄ hinc habemus q̄ Ēbrus Iesus quū ēc  
filius dei, non que sua sunt. s. diuinam equalitatē  
puram considerauit seruandā, sed ad salutē aliorū  
exinanivit semetipsum formā servi accipiens. Et si  
altius scrutatus fueris, inuenies maximū humilita  
tis exemplum: qm̄ quū in forma dei esset, et sīm dei  
formā nec haberet nec habere posset ullo mō supe  
riorē, sīm vero personā non haberet q̄ superiore,  
nec habere posset superiorē seruata puritate eglita  
tis, maluit euacuare suā personā puritate equalita  
tis formā servi accipiendo ut haberet superiorē q̄  
in sue equalitatis puritate pīstere. Propter quod  
formalissime apostolus non dixit formā creatā sed  
formā servi, ut equalitati minoritatē seruile adiun  
xisse intelligeres, non solum ad confundendā nrā;  
superbiā qua superiorem ullum si fieri posset nol  
lemus, sed ad impellendū ad humilitatem qua su  
periores nobis inicem arbitremur: imo ad tā diu  
vacādum humilitatis affectui donec sentiamus in  
nobis, quod et in Ērictō Iesu sentimus: donec affe  
ctemus ob alioꝝ bonū superiores alios nobis fa

Ientaculi vndeclimi questio secunda. cxii  
ttere, euacuando nos circundantibus nos coudi-  
gnitatibus nostris, et inferiorum aut etiam subditorum  
personas agendo, et si non semper extra, saltem intus.

**Ad verba** Autem descendendo, dicitur quod oportuit apostolum in meminisse  
equalitatis dum tractaret de extremis, scilicet, supe-  
riore et inferiore (dixerat enim superiores sibi iuuicē  
arbitrantes) equale enim medium est inter maio-  
rem et minorem. Oportuit quoque de arbitrio e-  
qualitatis loqui: dum de causa rationali, hoc est, a  
gente a proposito tractabat. Rapinam quoque in-  
seruit: quoniam rapina equalitatis ita contrarium  
humilitatis significat ut radicem humilitatis scili-  
cet minoritatem ostendat.

Et scito quod ut contextus planus litere habeatur,  
negatio super verbum construenda est, ita quod lis-  
tera sic ordinetur. Qui quum in forma dei esset,  
non est arbitratus rapinam esse se equalem deo, siue  
equalitate intrinseca siue equalitate pura: hoc est,  
non ex iudicio rapine equalitatis sed semetipsum ex-  
inanuit (in quo clauditur quod voluntarie se exinan-  
uit) formam servi accipiens. Et sic aduersatiua con-  
iunctio habet cui aduersetur, dum causa aduersa-  
tur cause, hoc est, voluntas aduersatiue ponitur ad  
non iudicium rapine: verba enim hec licet non per  
modum cause iudicantur quantum ad sonum ver-  
borum, ut causas tamen continentia intelligenda  
sunt. Et sic intellecta, per aduersatiuum coniun-  
ctionem causam affirmata scilicet voluntas contra-  
ponitur cause negate, scilicet, non arbitrio rapine  
equalitatis. Et significatur quod non ex iudicio rapi-  
ne sed sponte exinanuit semetipm. Idec de secundo.